Det nisi prius refrenetur frustra contra alia laborat. Et nota quod tria
mala oriunt ex gula. Primũ est abhominabilis fornicatio. Scdm
est tumultuosa altricatio. tercium secretorum reuelatio. De primo
nota quod illi homines sodomite qui nimium erant gulosi effecti fue-
runt abhominabiliter luxuriosi. Vnde Ezech. 16. Ecce hec fuit iniq
tas sodome sororis tue superbia saturitas panis et abundãtia et ociũ
ipsius et filiarum eius. Item de primo et scdo Prouerb. 20. Luxurio
sa res vinũ et tumultuosa ebrietas. Quicunque his delectatur non
erit sapiens. De scdo Prouerb. 23. Cui rixe cui sine causa vulne
ra. nonne his qui commorantur in vino et student calicibus epotand
De tercio prouerb. 31. Nullum secretum vbi regnat ebrietas. Secũ
do dyabolus temptauit dñm per auaritiam cũ ostenderet ei omĩa
regna mũdi et gloriam eorum et dixit ei. Hec omnia tibi dabo si ca.
ad. me, Et nota quod propter tria fugienda est auaricia. Per auariciã
enĩ deus qui est summus bonũ amittitur. anima preciosa venditur.
homo proprius dyaboli efficit. De primo dñs Mat. 6. Nõ potestis deo
seruire et mammone. Item ad Eph. 5. Hoc scitote intelligentes quod
auarus quod est ydolorum seruitus nõ habet hereditatẽ in regno xpi
et dei. De scdo Ecclesiastici. 10. Nihil est iniquius quam pecuniã amare
hic enĩ aĩam suam habet venalem. De tercio dñs ipse loquit ad
serpentem Gen. 3. Terrã cõmedas omnibus diebus vite tue. Per ter
ram intelligit auarus qui terrã celo preponit et propterea proprius efficit
vt ab eo semper comedat. Tercio dyabolus dñm temptauit per sup-
biam cũ dño ducto super templi pinaculo dixit. Si filius dei es. mit
te te deorsum Vnde etiã superbia propter tres causas est fugiẽda. Per
hanc enĩ superbi deo odibiles efficiunt. per hanc omnia bona opera
dispergunt. per hanc omnis elati in inferni precipitium demergunt
De primo Ecclesiastici. 10. Odibilis est corã deo et hominibus superbia
Quid superbit terra et cinis De scdo dicit Greg. Qui ceteras virtutes
sine humilitate congregat quasi qui puluerem in vento portat. De
tercio dñs Luce. 14. Omnis qui se exaltat humiliabitur. Itẽ Luc
10. Videbam sathanam quasi fulgur de celo cadentem. Item ibidem
Tu caphauarnaũ vsque ad celũ exaltata. vsque ad infernum demer-
geris. De quarto nota quod per ministerium angelorum accipit gloriosa
remuneratio victorum in qua angeli ministri existent vñ dr Mat. 4
Item dicit glosa. Sicut in hoc agone milicia nr̃a instruit. Item in
Tũc reliquit eũ dyabolus et ecce angeli accesserũt et mĩstrabãt ei.
obsequio angelorum gloriosa remuneratio edocet. Rogate ergo dñm
vt sit imitatione sui det nobis oẽm temptationem euincere vt co
ronam glorie angelis ministrantibus assequamur. quod nobis etc.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-184/0322
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG